







1738, 8 10  
FACULTATIS JURIDICÆ  
EX - DECANVS,  
CONR. WILHELMUS  
Strecker, JCTUS,

PRÆFATÆ FACULTATIS ET JVDICII  
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PRO-  
FESSOR COD. PVBLICVS ORDINARIVS, CI-  
VITATIS SYNDICVS ET CONSVL  
PRIMARIVS,

AD

AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM

*ad L. venditor. 49. ff. de jud.*

ET

DISSERTATIONEM INAUGURALEM

*AD DIEM XIII. JANVARIJ, MDCCXXXVIII.*

LECTOREM BENEVOLVM

PERHVMANITER INVITAT.

---

ERFORDIÆ,

Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,  
Acad. Typogr.



ACADEMIAE IURIDICAE  
EX DECANATU  
CONR. WILHELMUS  
JURIS

PRÆFATE FACULTATIS ET IUDICII  
LECTORIS PROVINCIALIS ASSessor. PRO.  
ASSOR COD. IURIS ORDINARIUS, CL  
VITIS SYNDICUS ET CONVE  
PRIMARIUS

AD  
VANDIENDAM LECTIÖNEM CURSORIAM

DISSERTATIONEM INAUGURALEM  
AD DIEM XIII. JANUARII MDCCXXVIII.  
LECTOREM BENEFICIUM  
PERMANENTER INVITAT.

ERFORDIÆ  
Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII  
Acad. Typogr.





**F**orum est locus publicus, in quo jus dicitur, vel judicatur, hoc si tanquam commune consideretur, ex quadroplici causa, nempe domicilii, rei sitæ, contractus & delicti confurgit, foro speciali sive privilegiato gloriantur varii, quos inter eminent personæ Ecclesiasticæ, quæ si conveniantur Ræ, judicantur in loco, in quo judices Ecclesiastici jus dicunt, potissimum si pulsentur actionibus personalibus aut criminalibus. quæ sententia non minus antiquissima quam communissima est, atque eandem ex reverentia personarum Deo sacratarum dudum agnovit virtute. Magnus Imperator Constantinus, dum Clericorum accusatione ad se delata: Vos, inquit, Dii estis, à vero Deo constituti: Ite & inrer vos causas vestras discutite, quia dignum non est, ut judicemus Deos. *Can. continua. 5. & Can. Sacerdotibus 41. XI. q. 1.* Cui sententiæ nolumus detrudere, sed ut idem privilegium famulis conductitiis, dietim, aut modico, aut longo & incerto tempore servientibus at-



tribuamus, nulla convincens movet ratio, & expressus  
textus hanc participationem privatorum clericorum fa-  
mulis indulgens vix poterit inveniri, conf. *Barbosa ad*  
*Cap. 2. X. de for. comp. n. 10.* Imo quibusdam in locis  
ordinationes speciales non desunt, vi quarum Clerico-  
rum privatorum famuli in personalibus, iudicio sæ-  
culari parere coguntur. In causis realibus Clerici iudi-  
cem laicum agnoscere tenentur, uti communiter tra-  
dunt *Civilistæ*, quorum agmen ducit *Gail. 1. O. 37. n. 4.*  
*Mynsinger cent. 1. O. 22.* Quamvis contra sentiant *Co-*  
*varruv. pract. quest. Cap. 31. n. 5. Engel. tit. de for. compet.*  
*n. 40. Weigel in diff. de proces. judic. Cap. 1. n. 22.* &  
alii, quibus tamen ipsa praxis reclamatur. Itidem foro  
speciali jure privilegiato gaudent studiosi, qui in Uni-  
versitate publica sunt immatriculati ac literis ibidem  
navant operam, adeoque Albo Universitatis non inserti,  
atque illi, qui posthabita librorum curâ, pro scholis  
aut Collegiis plateas & popinas frequentant, Academi-  
cis privilegiis indigni, neque dolendi sunt, si severas  
cujuscunque iudicis manus sentiant. Speciale forum  
quoque militibus concessum est, quippe si in nume-  
rum militum, præstito juramento, rite sint recepti, ali-  
um in causis civilibus & criminalibus non sequuntur iudi-  
cem, nisi Militarem, nec hi, nec studiosi, nec Clerici  
foro suo renunciare possunt, cum privilegium hoc  
illis non sit in singulari proprium & speciale, sed uni-  
verso Ordini commune. Ex singularibus foris etiam  
est forum Austregarum, seu locus, in quo certorum  
Ordinum Imperii res controversæ in prima instantia  
juxta modum in Ordinationibus Imperii præscriptum,  
ad utilitatem eorum examinantur ac deciduntur, de quo  
foro



foro fufius *Schubhard. tr. de Aufreg.* Quamvis igitur omnes modò nominati foro speciali ac privilegiato gaudeant, quibusdam tamen in casibus forum commune alterius iudicis declinare haud possunt, inter quos, contradicentibus licet quibusdam Canonistis & Moralistis, refertur, si persona ratione fori privilegiata, tutoris, Curatoris, sequestri vel depositarii officium ex commissione iudicis sæcularis susceperit, tum coram eodem in causa sui officii rectè convenitur, quia tali in casu non attenditur persona Clerici, studiosi aut militis, sed eorum quorum nomine convenitur *Gail. 1. O. 37. n. 7.* Item in causis feudalibus cessat privilegium fori, cum in his natura causæ personam ad se trahat, & causæ feudales ex antiquissima consuetudine speciales semper habuerunt iudices, eaque conditione feuda conferuntur Vasallis, ut illorum ratione coram iudice feudali respondeant, *Gonzalez in Cap. 5. X. de jud. n. 4.* Idque indeterminatim sive agatur de possessione sive de proprietate, sive ex crimine ad privationem feudi, modò hoc ultimo casu delictum sit merè feudale, hoc est, solo jure feudali prohibitum, veluti si Vasallus periculum domino non denunciaret &c. Sin verò delictum non sit merè feudale, sed commune, hoc est jure communi prohibitum, habens tamen ex jure feudali privationem feudi annexam, uti si Vasallus in crimen proditoris incidat, parricidium committat &c. Tunc probabilius est, domino directo notionem de crimine non competere *Fagnan in Cap. 5. X. de jud. n. 29.* ulterius privilegium fori opponi non potest, si venditori alioquin ratione fori privilegiato ab emptore ad evictionem præstandam lis denunciatur



tur; negant quidem comparere tenere privilegiatum coram iudice non suo *Marta p. 4 cent. 1. caus. 34. Ranbeck diff. 2. C. 2. contr. 2. n. 2. ex ratione, quod privilegiatus consentire nequeat in iudicem non suum. Cap. 12. § 18. X. de for. compet. deberet autem consentire eo ipso, si ab emptore citaretur ad defensionem causæ, sub prætextu, quod teneretur ad evictionem; Sed verum quidem est, quod clerici alique privilegiati consentire non possint in iudicem non suum, quando sunt Rei conventi, secus est, si solummodo sint Assistentes aut defensores, atque illa litis denunciatio non fit actoritate iudicis, sed privata emptoris potestate eo effectu, ut, periculum litis in Venditorem transferat, non ut venditorem in lite substituatur; dein haud obscure hæc sententia probatur ex *L. 49. pr. ff. de iud. ubi Paulus respondet, venditorem, cui lis in causa evictionis denunciata est, emptoris iudicem sequi solere, quin privilegium sui iudicis obmovere queat, quam legem publice ex cathedra fufius explicabit**

NOBILIS ET CLARISSIMVS

DOMINVS

ABRAHAMVS GOTTLOB  
TZSCHIRNERVS

de cuius vitæ ac studiorum curriculo sequentia nobis innotuerunt. Mundum hunc ingressus an. MDCCXII. mense Augusto in celeberrima civitate Lipsiensi. Patrem habuit JOANNEM GOTTLOB TZSCHIRNERVM, supremæ



supremæ curiæ Provincialis Actuarius primarium, qui  
ante annum, & quod excurrit, diem obiit supremum.  
Matrem adhuc colit MARIAM Reginam è gente Sipsi-  
ana oriundam. Optimorum horum parentum prima  
cura fuit, ut cum doctrina christiana præstantissima-  
rum artium liberalium studiis consecraretur, simulque  
in literis & moribus optimè proficeret. Traditus hunc  
in finem in tenera statim ætate fidelissimæ informa-  
tioni Dominorum SEYFERTI & RIDELII, adultior  
factus scholam frequentavit Nicolaitanam, in qua  
optimos sortitus præceptores, CRELLIVM puta,  
DRESLERVM itemque. ORTLOEIVM Exacto quin-  
quennio sub Rectore tum temporis magnifico D. JO-  
SCHMIDIO nomen albo universitatis patriæ dedit.  
Primum omnium Philosophiæ, docente eam D. COR-  
TIO, operam navavit, similiter humanitatis studium,  
quod vocant, duce excellentissimo P. P. KAPPIO pri-  
vatissime imbibit. Animum dehinc adplicuit ad juris  
prudentiam, in qua veneratur præceptores præter  
alios inprimis Illustr. GEORGIVM GEBAYERVM,  
Antecessorem hodie Juris primarium in academia  
Gœttingensi, ANDREAM FLORENTIEM RIVINVM,  
nec non paullo ante memoratum D. CORTIVM. Absol-  
utus proinde studiis, ut, quos & quales eorum fecerit  
profectus, ostenderet, ad nostram sese contulit Univer-  
sitatem, aperuit Ordini nostro, se spirare ad honores  
academicos, petiitque ad examen Candidatorum rigo-  
rosum admitti. Honestæ petitioni annuimus, atque  
textus ex utroque jure enodandos ei communicavimus,  
Quos eruditè enucleavit, atque ad quæstiones proposi-  
tas ita respondit, ut omnino dignus judicaretur, qui ad  
publica



publica quoque specimina reliqua, pro voto suo obtinendo, solenniter instituenda admitteretur. Proinde crastino die 13. Jan. lectionem cursoriam ad præcit. L. 49. de ff. jud. & dissertationem inauguralem

DE  
EO QVOD IVSTVM EST  
CIRCA  
RESTITVTIONEM MVTVI  
MVTATA MONETÆ  
BONITATE

habebit. Ad quos Actus Magnificus Dn. Rector, & reliqui Universitatis Proceres & Studiosi officiose & amice invitantur. Publ. sub Sigill. Facult. Jurid. d. XII. Jan. MDCC XXXVIII.





Erfurt, Diss., 1730

ULB Halle  
005 367 816

3











1738, 8 10

FACULTATIS JURIDICÆ  
EX - DECANVS,  
CONR. WILHELMUS  
Strecker, JCTUS,

PRÆFATÆ FACULTATIS ET JUDICII  
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PRO-  
FESSOR COD. PUBLICVS ORDINARIVS, CI-  
VITATIS SYNDICVS ET CONSVL  
PRIMARIVS,

AD  
AVDIENDAM LECTIONEM CURSORIAM  
*ad L. venditor. 49. ff. de jud.*

ET  
DISSERTATIONEM INAUGURALEM  
*AD DIEM XIII. JANVARIJ, MDCCXXXVIII.*  
LECTOREM BENEVOLVM  
PERHVMANITER INVITAT.

---

ERFORDIÆ,  
Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,  
Acad. Typogr.

